



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Otto, schenken der Stadt Freienstein die alte Stadtstelle, im Jahre 1295.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

posuimus et donauimus ciuitati. In predictorum omnium euidentiam et cautelam firmiorem et ne in futurum calumniari valeant, presentem litteram fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt Albertus et Burchardus fratres comites de Lindow, Hasso de Wedele, Johannes de Aldenwelf, Curt de Quitzowe, Jost de Konigsmarck, Nicolaus de Esbecke, curie advocatus, fideles nostri milites, et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Doffio, anno domini M. CC. LXXXVII. XVII. kal. Augusti.

Nach einer Copie auf Papier aus dem 17. Jahrhundert, welche im Geh. Ministerial-Archive befindlich ist.

### III. Die Markgrafen Otto, Konrad und Otto, schenken der Stadt Freienstein die alte Stadtselle, im Jahre 1295.

Nos Otto, Conradus fratres et Otto dei gratia Brandenburgenses, Landisbergenses et Lusatiae Marchiones omnibus in perpetuam memoriam tenore praesentium publice profiteamur, quod nostris fidelibus Burgensibus de Vriensteyn locum antiquae Civitatis Vriensteyn cum omnibus areis adiacentibus, cultis et incultis, donauimus libere et quiete perpetuis temporibus possidendum, ita quod nullus nostrorum advocatorum et officialium praefatos Burgenses et eorum heredes veros in loco antea nominato impediatur seu molestetur. Testes huius sunt Henricus de wardenberch, buffo ...., Gercke de konowe, Iudeke de quitzowe, .... plate advocatus et alii plures fide digni. In cuius rei evidens testimonium praesens scriptum conferri iussimus, sigillorum nostrorum appensionibus roboratum. Actum et datum in Doffov, anno domini millesimo CC. LXXX. quinto.

Nach einer alten Copie im Erbregister von Freienstein.

### IV. Markgraf Waldemar verleiht dem Johanniter-Orden das Patronat der Kirchen zu Arnswalde und Freienstein, im Jahre 1309, nebst des Markgrafen Ludwig des Römers Bestätigung dieser Urkunde, vom Jahre 1361.

Nos Ludovicus Romanus dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bauariae dux, Recognoscimus, nos vidisse litteras quondam magnifici principis Woldemari, Marchionis Brandenburgensis, bone memorie predecessoris nostri, huius continentie et tenoris:

Nos Woldemarus dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae et de Landelborch Marchio vniuersis presentia visuris seu auditoris salutem in domino sempiternam. Quoniam labilis est memoria hominum et labitur cum tempore necesse est ut scripturarum testimonio comendetur, quod perpetuis temporibus conseruari debet inuiolatum. Nouerit igitur praesens etas fidelium et dicat felix successio futurorum, Quod nos de bona voluntate nostra et maturo potiorum nostrorum vasallorum consilio, ad laudem dei omnipotentis et beate perpetue virginis marie et ob honorem beati Johannis ierolymitani, pro salute animarum nostrarum videlicet et progenitorum, heredum nostrorum pariterque successorum, proprietates seu ius patronatus ecclesiarum civitatum Arnswalde et vriensteyn cum om-